ne filios meritis puniamur. iii

Et si coram hominibus tor-
menta passi sunt deus tempta-
vit eos tamquam aurum in fornace
probavit eos et sic holocausta ac-

Quicumque viii [illegible] eius
fecerit voluntatem patris mei
qui in celis est ipse meus fra-
ter et soror et mater est dicit dominus.

Anima nostra sicut passer iii
erepta est de laqueo venantium.

S[illegible] cum [illegible] viii
[illegible]

[I]n virtute tua. Iudic.
domine letabitur iustus et [illegible]
salutare tuum exultabit [illegible]
hementer desiderium anime [illegible]
tribuisti ei ps. Magna glo-
ria eius in salutari tuo [illegible]
gloriam et magnum decorem
inpones super eum. alius

[I]ustus [illegible]
[illegible]
tate [illegible] et [illegible]
et [illegible]

A.V.16
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
TB 56.
SIGNAT. cIↃIↃCCCXIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602725-p0002-9

Ξενίολον Literarium,

VIRO
Dignitate ampliſsimo,
Prudentia, conſilio, ornatiſsimo,
Pietate & autoritate præſtantiſsimo,

Dn. ALBERTO OGORKIO
incluta VVartembergenſium Reipubl.
Conſuli digniſsimo, Mecænati ac Patrono
ſuo, omni officiorum genere pluri-
mùm colendo.

Pro

Felici novi Anni ingreſſu,
Feliciori progreſſu,
Feliciſsimo egreſſu,
Lætitiorique ſemper regreſſu,

Honoris & amoris ergò miſſum
Ex illuſtri Academia Francofurtana.

Ab Abrahamo Paricio Olßn.

Anno, quo
En præbent MetVenDa aCres: CreDeMVs at, Ipſe
PræſenteM nobIs te pIe ChrIſte DabIs.

1605

Excudebat Nicolaus Voltzius.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602725-p0003-4

ANNO gratantes Strenas redeunte Vetuſtas
Mutuò donavit relligioſa ſibi.
Gentes Teutonicæ (quibus hinc ita feſta vocantur)
Cognatis Vini dona tulêre ſuis.
Romæ mos alius, monimenta hinc indè viciſsim
Optatum Iani mittere in auſpicium.
Haud ſecus ac illi, quibus æris acervus & auri,
Feſtis hiſcè, ſuis munera larga parant.
Nec tamen immeritò: læti ſiquidem ominis ergô
Proveniunt gratâ fauſta precante manu.
His hortatus ego, memori ſub pectore volvi,
Quæ benefacta mihi, præſtitit ante dies.
Hem benefacta ſatis memoratu, & mente repôſta
Quæ maneant longum digna: ſed ô referam!
Non equidem cæpi fulvo pollere metallo,
Nec datur Attalicâ conditione frui:
Talibus ergò carens, quæ mittam? Miſsile tendam,
Arcâ poſsideo paupere quale, lubens.
Munera nimirum chartacea; qualia alumno
Credere Pierides, mî, voluêre ſuo.
Et licet haud uti Claria dulcedine poſsim,
Nec Chelys in numeros ſit ſatis apta meos:
Ire tamen facili, Superis in vota vocatis,
Aurâ, Caſtaliј Numina ſæpè ſinunt.
Ceptis indè meis adſis, Pater optime, Dextro
Flamine: namq; aris hæc fero liba tuis.

Menſibus exactis ANNUM abſolviſſe meatum
(O ſit criminibus metaq; prenſa!) patet.
Quo Themidos Paciſq; bonis Patriæ alma beavit
Mœnia, qui terras, qui regit alta, Deus.
Hinc placidè compoſta, Eccleſia, Pace quieſcens
Te potuit tutâ, læta ſonare, fide.
Pax patrum juvit curas, quîs Curia quæq;
Per cives tutò lætaq; jura tulit.
Pax tenuit tutò lætas ſedesq; focosq;:
Limina, tecta, lares, Pace tegente manent.
Pax pendēre dedit dulces circum oſcula natos:
Paſcere Pax fecit gramina læta greges.
Pax campum tutò læto renovavit aratro:
Pax credenda manu ſemina miſit agris;
Horumq; Agricola an ſpe ſit productus inani,
Frugibus id lectis horrea plena docent.
Et breviter: Pacis gremio dormivimus, omni
Absq; metu, læti, præmeditante Deo.
Addo: non ſæviſſe famem, nec cætera monſtra,
Nec peſtem noſtris imperitaſſe locis,
Quivimus hinc tuti lætiq; foroq; focoq;
Quilibet, ut viſum eſt, rebus adeſſe ſuis.
Arx ſacrata fores cunctis monſtravit apertas:
Intrare en licuit: Sed quibus (heu!) libuit?
Undè ſed hæc bonitas? undè hæc tutamina nobis?
Præſtitit illa Deus, præſtitit illa ſuis.
Talibus elapſum huic placuit decorarier Annum:
Hæc adventanti præbibat ille, precor.
Cui nunc reddamus, reſtat modo, pectore grates
Grato: nam gratos grata referre decet.
At nova quæ nobis Novus hic annunciat Annus?
Nuncia plena metus (proh metuenda!) novi.

Clarigat

Clarigat hem Patriæ Martemq́ ciere videtur!
O vice ne Chriſti talis imago foret!
Divinis pateant juſsis, ne murmura ſcuti
Auribus atq́ tubæ deînde bibenda ſient.
Mœnia ne dejecta ruant: ne templa lareſq́
Deſtruat Auſonidûm visScythicusvè furor:
Nec, quos conſuevit cultor verſare juvencis,
Ungula agros ſonitu quadrupetante premat:
Nec lætæ triſtem falces conflentur in enſem:
Nec Cereris jaceant funera meſſa, loco.
Quæ rata ne fiant, Summi (Pax ipſa) rogemus,
Nobiſcum maneant fœdera, Marte procul.
Nos donet veniâ; culpam vaneſcere dicat
Emanuel: nobis lætior Annus eat.
Jam cauſſas memoro juſtas, quæ fauſta precari
Nos hodie certâ conditione jubent:
Scilicet in junctos eadem, ut teſtemur, amoris
Quîs ſtuduêre prius vincla manere ſuper.
Tùm quiſq́ ut taſſus ſeſe bona, dante Supremo
Accepiſſe ſciat, pluraq́ danda petat.
Nil igitur, quia me tales monuêre, cur iſtud
Inſtituam, ſupereſt, Fautor amande, roges.
Nam me quà gnatos curâ, es complexus eadem:
Pro qua Patrono proſpera nulla precer?
En Patrocinium! Sed non amor iſte paternus?
Dent utinam Superi plurima fauſta PATRI.
Et MATRI totidem non eliſæ ELISABEthæ,
Namq́ infracta, DEI, ſtat pietate, QUIES.
Secula Mathuſalæ dent vivere fila ſororum,
Et ſurgat multo veſtra nepote domus.
O creſcant Nati Patriæ, virtutibus aucti!
Vos curis ſolvat nobile, gnata, decus!

Annuat, ANNAles, annorum ANNAtor, Almus,
Et tibi longùm ALbosOGgerat, oro, dies.
Sit benedicta domus; ſint arva, armentaq; læta:
Præmia dent meſſes uberiora tuæ:
Arborei fætus veniant, hortiq; graveſcant:
Copia, Te cornu divite lætificet.
Amplius utq; nihil: quæcunq; cupiſcere fas eſt,
Felici venias ad tua vota via.
Nunc tua, CHRIſte, precor, tutò cunabula læto
Grex habitet, ſacer eſt qui, ſine labe, Tibi.
Hactenus ut ſolitus magalia noſtra tueri,
Angelico maneant agmine ſepta, dabis.
Clauſtra quidem mundi carie ruitura putantur:
Aſt humeris tua ſit fulta Carina tuis.
Cum veteri vetus omne nefas ſine deſinat anno:
Da nos juſta ſequi more βραβεῖα pio.
Donec gaudebunt Magni procedere Menſes,
Queîs locus, ut regnet, nullus Erynnis erit.
Intereâ placeant memorem teſtantia mentem
Carmina PATRONO, dùm meliora feram.

Ornatiſsimo & Doctiſsimo viro-Juveni

DN. ABRAHAMO PARICIO
Olſnenſi Sileſio.

Patrono, pro felici Novi Anni auſpicio gratulanti.

Per Apoſtrophen.

Annua lux rediit: ſtrenas quin mittere amicis,
Fas ſit? cum veteres huic ſtuduêre prius.
Nil igitur quod mireris hîc, maximè Fautor,
Si dat Patrono carmina grata Cliens.

Non

Non as, non aurum, non dulcia pocula Iacchi,
Condita carminibus, plus pia vota juvant.
Hæc nunc accipias, patriæ ſplendorq; decusq;
Ceu pignus grati pectoris, eximium.
Accipe: ſis compos voti, dent Numina, Vatis:
Fauſtaq; ne ceſſes dicere, ABRAME, PATRI.

Regratulabatur

Andreas Hoffius Wartenb. Sil.

Ad eundem.

Εὐχάριστος θυμοῖο, Ἀβρᾶμ, γνώρισμα ὀπάζεις
Ἀτρεκέως τε λόγοις σοῖς ἔνι σῆμα διδώς.
Αἶνον ἐγέρσει ἀνήρ σοι ἀπὸ πρόσθεν ἄξιον εὔφρων.
Ξύμπας: καὶ λήψεις ἄξια ἄθλα ποτέ.
Ἐς πλέον ἱμείρω, τὴν δόιην ὄλβιαν ὄφρα
Βαστάζῃ κοινὸν σοῖσι πόνοισιν ἔτος.

Iacobus Schilderus Hirsberg Sil.

Immemorem exoſi meritis hominesq; Deusq;:
Turpiùs ingrato pectore in orbe nihil.
Tu quia, Parici, Carmen modulâre Patrono,
Quo patrocinio fructus es & frueris,
Carmine, dum nova lux, grataris pectore grato,
Atq; Dei atq; hominum dignus amore vires.

Michaël Agricola Lûbenas Sil.

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602725-p0009-1

Elenchus contentorum.

προδιδασκαλία examinis partium Catecheseos minoris Luth. continens commendationem Catecheseos, edita à D. Zacharia SCHILTERO.

Synopsis ἐπὶ προδιδασκαλίας, ejusd.

Analysis Articulorum Symboli Apostolici, ejusd. D. Schilt.

προσφώνησις nuptiis Dn. Hadden.

Alia προσφ. eidem.

Alia eid.

προσφ. nuptiis Dn. Volgnodt.

προσφ. nupt. Dn. Adami Georgii.

Votum novi Anni feliciter succeßum latum Alberto Ogorkio.

Disp. de loco et tempore M. Fidleri.

Disp. de Demonstratione M. Crugeri.

Consultatio ex 1. Reg. 12. aliquot orationibus expreßa Francof. in collegio privato M. Caleb. Trygophori.

Oratio de initiis et progreßu certaminum Nestorianorum et Eutychianorum in articulo de persona Chr. Wolf. Franzii. N. B.

Disputatio de persona Dni nostri Jesu Christi, ejusd. Franz. N. B.

VD 17

Z

[illegible]

[illegible] De vno martire

Introitus

I[illegible]

[illegible] ps. [illegible]

[illegible]

O[illegible]

[illegible] ps [illegible]

[illegible] Oro

P[illegible]

[illegible] Alia Oro.

[illegible]

[illegible] P[illegible]

[illegible]

Literarium

IRO

amplisſimo,

nſilio, ornatisſimo,

itate præſtantisſimo,

TO OGORKIO

bergenſium Reipubl.

, Mecænati ac Patrono

iorum genere pluri-

colendo.

Pro

Anni ingreſſu,

ri progreſſu,

imo egreſſu,

ſemper regreſſu,

moris ergò miſſum

emia Francofurtana.

no Paricio Olßn-

nno, quo

Cres: *CreDeMVs at,* Ipſe

ole ChrIſte DabIs.

1605

---

icolaus Voltzius.